

# PALAEASTRA LATINA

## SUMMARIUM

- Compositiones vertendae.  
Exercitationes scholares, SÍMON, BONJOCH,  
TORMO, LASIERRA.  
De latini sermonis elegantia, SARMIENTO.  
De usu et abusu in verborum «nihil» et  
«mihi» pronuntiatione, M. LUSITO.  
Roseus imber.  
Nova et Vetera, MIR  
Commerclum epistulare,  
Epistolia soluta.  
Palaestra Exercitatoria, SIERRA.  
Sermonis Latini notae, de substantivo his-  
panico vertendo, TRISTANIUS.  
B. Baptista Mantuanus, FR. XAVERIUS.  
Bibliographia, GARCÍA, MAULEÓN.  
Curiosa et jocosa, SALA, MAULEÓN, CORONA

Ordinarii et Superiorum licentia

# Exercitationes scholares

## Dolor de Augusto por la derrota de Varo (cfr. P. L. n. 100, p. 239)

Augusto sufrió dos graves y afrentosas derrotas, ambas en Germania: la primera la de Lelio, que más que perdidas produjo deshonor; fué la segunda la de Varo, casi fatal, en la cual perecieron tres legiones con su general y sus jefes. Habiéndosele anunciado ésta última, mandó poner guardias por la ciudad para que no se levantase ningún tumulto. También prometió a Júpiter juegos solemnísimos si el Estado volvía a una situación mejor. Finalmente dicen que se entristeció tanto, que descuidados los cabellos y la barba, durante varios meses golpeaba de vez en cuando su cabeza contra las puertas a la vez que gritaba: «Quinto Varo, devuélveme mis legiones»; y cada año celebró triste y lugubriamente el día de la derrota.

CAYO SIMÓN, C. M. P.  
*Barbastro Alumno de V curso*

## Mira Caesaris visio ad Rubiconem

(Cfr. P. L. n. 103, p. 297)

Cum Caesar ad Rubiconem flumen, quod in provinciae finibus erat, pervenisset paulum constituit et quantum moliretur considerans, ad proximos conversus: «nunc, inquit, retrogradi possimus, sin autem ponticulum transimus, omnia armis erunt agenda». Et cunctanti hoc ostentum visum est: Homo quidam ingenti corpore ac magnitudine repente apparuit haud procul sedens et harundine canens. Cum vero praeter pastores venissent et stationum plures milites et aeneatores aliqui ut eum audirent, ille, rapta ab uno tuba, in flumen desiluit, atque ingenti spiritu classicum exorsus, alteram petivit ripam. Tunc Caesar clamavit: «eamus quo et deorum voluntas et hostium vocat iniquitas; alea jacta est!». Et trajecto exercitu tribunis que plebis adhibitis, qui ejecti inopinato

supervenerant, pro contione scissis vestibus fidem in milites cum lacrimis invocavit».

M. BONJOCH, C. M. P.  
*Barbastri, alumno V cursus*

## Litterarum latinarum initia

In eruditione tamen ac doctrina romanorum illud animadvertisendum mihi videtur, quod litterarum initia apud omnes gentes semper a poëtis proficiunt solent; quippe qui hoc idem in originibus populorum accidere intellego quod primis puerorum aetatibus ut mentis celeritate magis quam cogitatione utantur. Lyrica igitur carmina atque heroica, quibus animorum effinguntur permotiones atque exprimuntur, initio ex tempore funduntur; cetera vero poëmata in quibus aut doctrina major inest aut prudenter, ut dramatica, ut didascalica, serius et confirmatis jam aetatibus proveniunt.

J. ABAD ET E. TORMO, C. M. PP.  
*Barbastri, alumno V cursus*

## Litterarum latinarum initia

(Cfr. P. L. n 105, p. 322)

Etenim Aeschylum quadringentis post Homerum annis tantum extitisse accipimus. Tamen proprium Romanorum litterarum id fuit ac praecipuum, ut a dramaticis poëtis proficierentur; sed antequam Livius Andronicus suas docuisse fabulas, nulla litteraria monumenta erant Romae. Neque enim dignae decenvirum fabulae sunt, quae eo nominentur nomine, quae morum licentiam prohibebant, nec regum foedera cum Gabis atque rigidis Sabinis, neque Pontificum codices, neque annosa vatum volumina, neque saliare Numiae carmen, quod Horatius se intelligere negabat, eosque, qui ab ipsis musis prolatum esse dictabant, irridebat.

J. M. LASIFRRA  
*Seminarii Barbastrensis VI c. alumno*



SPES — DICCIONARIO ILUSTRADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO. — 2.<sup>a</sup> ed. revisada por D. Vicente García de Diego Ptas. 30

SPES. — DICCIONARIO ABREVIADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO — Reducción del anterior para los primeros cursos del bachillerato Ptas. 14

PABON-ECHAURI — DICCIONARIO GRIEGO-ESPAÑOL con lista de formas verbales y apéndice gramatical. — 2.<sup>a</sup> ed., revisada por D. José M. Pabón. Ptas. 40

DICCIONARIO GENERAL ILUSTRADO DE LA LENGUA ESPAÑOLA. — Prólogo de R. Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya,

Encuadrado en tela	Ptas. 125
id. en media piel	» 150
id. en piel	» 200

#### CARÁCTERISTICAS PRINCIPALES DE LA OBRA

Ahonda en los usos y significado esencial de los verbos mediante una sistemática concatanación de sus acepciones.

Extrema la claridad en la explicación de preposiciones, conjunciones, adverbios.

Recuerda el origen de las palabras, mediante etimologías, prefijos, sufijos, parasintéticos, dobles etimologías.

Facilita la rápida y segura consulta de la Gramática, mediante la científica explicación de su terminología y los resúmenes de sus normas principales.

Trata los términos de religión, filosofía, derecho, etc., con especial rigor científico, dentro de la obligada concisión.

Señala los vocablos y giros incorrectos, junto con la expresión que debe substituirlos.

Da los plurales, diminutivos, pretéritos, etc., cuya formación puede ofrecer dificultades.

Concibe las ilustraciones, no como un mero adorno de la obra sino como explicación gráfica de la palabra

---

#### EDITORIAL SPES

Paseo Emperador Carlos I, 149

Teleg. EDISPES

BARCELONA - 13


Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

# **VINOS DE MISA**

**J. DE MULLER, S. A.**

**TARRAGONA**

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)

Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

**Garantía de absoluta pureza**

**EXQUISITA CALIDAD**

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

**Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis**

# PALAESTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

## De latini sermonis elegantia

Probatum omnibus arbitror illud Ciceronis: «Nulla res tantum ad discendum proficit quantum scriptio». Qua, qui post hominum memoriam et mente floruerunt et plurimis litteris, usi sunt. Hanc tenere debent qui magna moliuntur, qui sese praestare student multorum in scribendo turpitudini.

. Quo factum est ut paene innumetis voluminibus, quae decursu temporum edita sunt, referta sint bibliothecarum scrinia, plena sapientium vocibus, plena exemplorum vetustate; quae quidem in tenebris jacerent omnia, nisi elegantiae lumen accederet.

Hac ergo de causa, scribendi genus ne sit inconditum atque inquinatum, sed floribus, qui sunt dicendi lumina, ornata necessum est splendeat oratio. Itaque vitia, quibus ipsa deturpatur, accurate defugiunt scriptores ut nihil inconcinnum, nihil latinae consuetudini absonum appareat.

Eo mens nostra in praesens spectat ut hujus commentarii amicos ab his deterramus vitiis, vehementerque commendemus quam diligentissimam in litteris latinis colendis operam ac contentionem.

Quos quidem persuasos ab initio volumus, «aliud esse latine, aliud grammaticae loqui», quemadmodum est apud Quintilianum (*Instit. Orat.* 1, 6, 27).

Dolendum est enim multos, et eos non admodum indoctos, cum latine scribunt, non latinum, sed sermonem patrium vitiis et mendis deturpatum redolere; integritate enim orationis prorsus neglecta, signum dant inscitiae suae et vulgaris sensus praebent documenta.

—Vis tibi exempla? —En tibi plura, hinc inde collecta, quaeque animo obversantur ulti:

- Post quasi quinque annos magis pugnae quam matrimonii...
- In casibus extraordinariis...
- Momentosiora capita...
- Liber gelinquit se legere, ut ajunt...
- Paulus confesarius (*sic*) junior, notat cum terrore...
- Certissime, respondet Petrus: et non paucis erunt molestae tales reflexiones...
- Antonius, vir plus, jam quasi per mensem ..
- Et «duplex victima» manet infirmus, operationis et speculationis...
- Ex tribus jam horis «mortuus» (*sic*) ceciderat...

— Apostolatus orationis, ut R. V. bene novit, cultui SS. C. Jesu semper sociavit cultum P. Cordis Bmae. Virginis.

— Partes non convenient per qualemcumque contractum inter se initum ex initiativo (*sic*) unius earum, sed praecise per activitatem alicujus tertii, qui non est tertius si ab ipsis extremis non est distinctus. .

— Non est, puto, ulterius inquirendum...

Ut opinor, haec et alia sexenta quae afferri possunt, satis superque demonstrant segetem esse uberrimam lolii atque lapparum quo falcem acutam immittamus.

Dissentire vix audeo a Cicerone; haec sibi formidabat Quintilianus (*O. c.*, 8, 3, 8).

Respuendam omnino esse de rebus parvis religionem censemus quispiam. Meminerit tamen, nos ingratias eam amplectendam nunquam contendisse neque conatos fuisse. Suo quisque abundet sensu, tandem aliquando poenas ipse det ignorantiae suae enixe efflagitamus.

Majorem ab scriptoribus DOCTIS quaerimus in scribendo elationem atque in verbis seligendis elegantiam. Quas qui non percipit virtutes, ab scribendo abstineat. Etenim (*HOR. Ad Pisones*, 379 381):

Ludere qui nescit campestribus abstinet armis,  
Indoctusque pilae discive trochive quiescit,  
Ne spissae risum tollant impune coronae.

Quaeret quispiam, quid? si altitudinem orationis purae et emendatae curaverrim, certius opinione, quae litteris mandem, ab illis, quibus miserim, haudquaquam intellectum iri, conjectura ipse assequor.

In promptu est responsio; operam dent, prout hominem decet non ignavum, in litteris addiscendis, sicque scripta callebunt de morum disciplina deque rerum divinarum humanarumque scientia.

Objicies: stultos esse homines, stulte ergo cum iis esse agendum.

An vero, libros ipse conficis, et edis, ut solus insipiens aut stultus perlegat, atque evolvat?

Evidem, verendum est, ne ignavia partes tueatur suas quandocumque talia effutire audeat. Numquidnam haec intellectu difficultia erunt si dicamus potius: «est mihi animi inclinatio ad sacerdotium capessendum non vero ad agros excolendos», quam inconditum hujusmodi: «est mihi vocatio sacerdotis et non agricultae?».

Nihilominus cum de sapientiae studio et divina disciplina agitur, habenda est ratio sinceritatis in scribendo. Ut cum de Trinitate, de Caritate, de Spe, cet. quaestio fit earumque natura, quam etiam appellabo essentiam, aperiendi cura est, hujusmodi vocabula vitari nequeunt, quippe quod verba consuetissima sunt, quae jam diu in usu venerunt et ore Christianorum cottidie versantur.

His tamen acceptis et utilitatis et pietatis causa adhibitis, quid tandem prohibet quominus latinae linguae lepores et lautitias usurpet scriptor, sin minus leges, quod ratio postulat, et praecepta scribendi sedulo servet sancteque teneat?

Quae cum ita sint, operaे pretium est illud perpetuo ob oculos habere, (*Ad Pisones*, 268-269):

...Vos exemplaria graeca

Nocturna versate manu, versate diurna.

In latinis exemplaribus et dies et noctes per volutandis atque legendis illam discet vir bonus elegantiam, quam sapientes mirantur, quae nisi incipientem deterret neminem.

Duces potissimum sequamur latinitatis scriptores, in primis Magistro utamur Cice one, dissertissimo Romuli nepotum, quot sunt quotque fuerunt, quotque post aliis erunt in annis (Cfr. CATUL., *Carmina*, XLIX).

Quod si rationis consilium neglegendum putemus, jussis fas sit Summorum Pontificum, qui sacrorum ministros et Ecclesiae alumnos omni litterarum cognitione imbutos, cum in graecis tum latinis versatos esse volunt.

Loquentem audiamus Pium XI: «Clerici latinae linguae cognitione... sedulo imbuantur» (*Enc. Cler.*, 338). Deinde Benedictum XV disserentem faciamus: «Curent praecepsim diligenterque provideant episcopi ut studium latini sermonis, qui Religionis Catholicae Occidente toto comes est et minister, in spem veteris gloriae revirescat. *Dolendum est* enim plerumque clericos et Sacerdotes, hujusmodi sermonis haud satis gnos, posthabito antiquae sapientiae patrimonio ac neglectis nostrorum operibus..., doctrinam sibi comparare ex libris et ephemeridibus, vernacula lingua conscriptis, unde saepissime abest orationis perspicuitas, accuratus disserendi modus, fida dogmatum interpretatione» (*O. c. n. 1125*).

Tum gravissimis verbis utentem Pium XI in illa de latino sermone epistula inducere licebit: «Cum igitur non tam humani civilisque cultus quam religionis ipsius Ecclesiaeque Catholicae interesset, latini sermonis plenissimam in clero scientiam provehi ac propagari, eandem non praecepsit et arte circumscriptam, sed etiam ad usum exercitationemque polite ornateque scribendi translatam, nihil mirum si decessores nostri, nunquam, pro rerum temporumque condicione, sibi temperaverint, quin latinitatis rationibus prospicerent; quod eo studiosius egerunt, quo deteriorem in statum latinae litterae decidissent» (*O. c. n. 1201*).

Quibus rebus ut pro viribus consulamus oportet manumque admoveamus cupientibus in litteris elaborare iisque se abdere ambientibus; quod et saepe factum est in nostro *commentario* et in posterum crebrius et accuratius fiet.

Villae Rosarii

RAIMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

## De usu et abusu in verborum "nihil" et "mihi" pronuntiatione

I. Nemo, linguae latinae plus minusve gnarus, reperitur, qui, ad quorundam verborum pronuntiationem quod attinet, non solum dubia, verum etiam nonnullos in usu esse abusus ignoret. Id vero apprime intellegi nequit, nisi a multis saeculis latinum sermonem, quamvis plurimis in verbis reviviscat apud quasdam gentes, tamen jamdiu publice privatimve non loqui concedamus. Qua ie, nativae pronun-

tiationis amissa perceptione, in ejus locum sensim sine sensu ipsi aliam substituere.

2. Inter verba adulterata, ut ita dicam, sunt *nihil* et *mibi* referenda, quae tamen plurimi, quin leges pronuntiandi offendant, dicunt. Multi autem suo vel alieno ingenio plus aquo utentes, ista verba ita pronuntiant, ut legibus obrogent nuper indicatis, usum, hoc ipso, introducentes, qui jure meritoque abusus vocari potest.

3. Prioris sententiae asseclae affirmant *nihil* et *mibi*, nostris quoque temporibus, *nihil* vel *niil* vel *nil*, et *mibi* vel *mi* esse dicenda. Quod duabus de causis confirmant:

I) Juxta grammaticos omnes, littera *b* aut nullatenus pronuntiatur aut valde debilis esse debet; et hoc non tantum in optima (hispanice: *clásica*), verum etiam in tradita cuiuslibet regionis pronunciatione;

II) in prosodia, littera *b* cum potius simplex sit aspirationis signum, eadem ne parvi quidem est facienda; qua de causa, *vocalis ante vocalem* vel *litteram b brevis est*: v. g. *n̄ibil*, *m̄ibi*, *tr̄aho*, etc. Hinc in lexico atque grammatica verbi complexi seu vocis contractae, scil. *nil* praesentia excusari potest (1).

4. Alterius autem sententiae asseclae ullum argumentum quod grammaticae innitatur legibus, mihi videntur afferre non posse. Hi enim, *n̄ikil* et *m̄iki* loco *nihil* et *mibi* pronuntiant, siquidem facilius commodiusque litterae *b* nativa aspiratione amissa, eidem litterae *k* tribuere sonum. Re vera, quis nostrum negare potest in litterae *b* aspiratione nos in magnam delābi difficultatem? Quinimmo eamdem litteram ita nos mutare, ut in ejus locum litterae *k* sonum pedentim substituamus?

5. Neque enim auctoritate valeret alterius opinionis refugium, scil. ad supradictorum probabilem verborum compositionem, propterea quod numquam dicendi leges reapse praetermittere licet. Illum autem qui existimat hoc fieri posse, non intellego — ut Tullii utar verbis (2) —, cur non idem putet in verbis ejusdem structuræ, e. g. *vehementer*, *trahebant*, cet., dici debere *vekementer*, *trakebant*, etc.

6. Utinam, quod breviter scripsi, efficiat, ut hujusmodi dicendi *vitium* seu *abusus* evellatur; ita ut verborum *nihil* et *mibi* pronunciation in pristinum restituatur.

Barcinone, a. d. VIII Kal. Dec. 1947.

P. NICOLAUS M. LUSITI, O. M.

Professor Linguae Latinae in Liceo Italico Barcinonensi

(1) Verbi *mibi* complexio seu contractio non adhibetur, meo judicio, ne ambiguitatibus ansa praebatur. Nam, *mi*, hoc in casu, esset dat. sing. pron. primæ prs. simulque voc. sing. adjec. poss. *meus*, *a*, *um*.

(2) *De natura deorum*, II.

# *ROSEUS IMBER*

*Quinquagesimo transitū Stae. Teresulae anniversario  
recurrente.*

*LEMMATA: «Quas largiter promiseras rosas  
memento spargere» (Brév. Carmel.)  
«Mittam pluviam rosarum in terram»  
(Sta. Teresula).*

*Virgo, quam Christus voluit fragrantem  
Virginem sponsam, gelido ut calorem  
Saeculo mittas, quibus adprecamur,  
Accipe vota.*

*Ambit et fines peragrare terrae  
Ut queat cunctos revocare Sponso  
Perditos, quamvis habeat dolores  
Mille paratos.*

*Lilium, parvam violam, rosamque,  
Arbores, campos, pelagumque magnum  
Rapta miratur, Supero Datori  
Cantica promens.*

*Virginum sacris numerata turmis  
Explicat coram Domino corollam,  
Dum simul circum recreat sorores  
Thure fraganti.*

*At sui Jesus metuens tenelli  
«Flosculi» mundum nisi linquat ustum,  
IPSE Carmeli riguis in bortis  
Inserit illum.*

*Cumque jam mundū saturavit Ipsa  
Thure virtutum, radiis coruscans  
Advenit Jesus, rapiturque in auras  
«Flosculus almus».*


*«Caritas —clamat— mibi sola stella,  
Caritas ussit maculas minores;  
O tuis, Jesu, mibi si liceret  
Ignibus uril»*

*Cara ferventis suboles Eliae!  
Si tibi caeli domus alma ridet,  
Protegas semper, ROSEUMQUE mittas  
Gentibus IMBREM.*

*R. P. X., O. C. D.*

*Calagurri, 30, IX, 1947.*

# NOVA ET VETERA



PICTURA 17.<sup>a</sup> (Prosequitur)

STATIO - FERRIVIA - NAVES

12. — Neque tamen exeundi intercedinem facturi eramus, nam fornacator<sup>50</sup> e carbonario<sup>49</sup> carbonem subducebat ad excitandum vaporitrahæ<sup>54</sup> ignem, et machinator<sup>51</sup> signum subpraefecti,<sup>52</sup> qui in crepidine<sup>53</sup> erat, tantum exspectabat.

13. — Vaporitrahæ caldaria<sup>56</sup> surdum mugiebat sonum; fumarium<sup>55</sup> fumi vortices cum vapore<sup>60</sup> immixtos evomebat. Stridens sibilum personuit et emboli<sup>58</sup> impulsi sunt ac gravis machinae rotæ converterunt.

14. — Traminis velocitas supra orbilia<sup>64</sup> delabentis acceleravit; crepidines<sup>65</sup> cessarunt; foricas cum agmine curruum in alia orbita considentium praeterivimus; [hi erant:] currus dormitorii,<sup>67</sup> cenatorii<sup>68</sup>, postales.<sup>69</sup>

15. — Deinde mercium conditorium<sup>71</sup> ante conspectum praeterit. Curatores, in receptaculis, merces<sup>72</sup> minima velocitate expeditas onerabant. Administri,<sup>76</sup> prope aquae castellum,<sup>73</sup> currus pecuarios<sup>75</sup> et stratos<sup>79</sup> administrabant ut mercium tramen<sup>80</sup> efficerent.

16. — Extremum transgressi sumus orbitale:<sup>78</sup> juxta stabat orbitarius; pharum<sup>86</sup> superavimus et statio e conspectu recessit.

17. — Deinde in pontem ferreum<sup>74</sup> —qui fluvium<sup>81</sup> emetitur—, ingressi sumus. Quo trajecto, praeter fluvium progressi sumus, ubi potentes remulci<sup>82</sup> graves trahebant linternes.<sup>83</sup> Vectorum quoque navem<sup>84</sup> perspeximus cum haec ad pontoniu[m]<sup>85</sup> accederet.

18. — Pluribus stationibus superatis, aliquos cuniculos<sup>87</sup> transgressi sumus atque plurimas domunculas<sup>88</sup> curatorum vallorum post nos reliquimus. Blande agminis succusu jactatus in gravem somnum incidi.

19. — Repente e sommo excitatus sum voce cujusdam praefecti clamantis: «Urbs Irunt!, e curru omnes!». Haec illa portitorum inspectio et finium [=extremae Hispaniae] molesta officia... Opus fuit [crumenae] horologium cum stationis<sup>89</sup> [pensili] componere, quod viginti quinque minutis retardabatur; vix experactus minutarium<sup>90</sup> ab horario<sup>91</sup> difficile discernebam; nebula matutina vel ipsum orbem<sup>92</sup> obscurum reddebat.

20. — Dum portidores speculationem perficiebant, libellos<sup>93</sup> —qui stationis muros ornabant— oscitans perscrutabar. Jentaculum, ut tempus traducerem, sumpsi; chartam traminum<sup>94</sup> hispanicorum consului ut spatium, quo a Burgis aberam, cognoscerem; et rursus in currum concendi spe fretus brevi ad finem itineris perveniendi.

## VOCABULARIUM

facere excundi intercedinem, <i>tardar en salir.</i>	† aquae castellum, <i>depósito de agua, château d'eau.</i>
50 +fornacator, oris, m., <i>fogonero, chauffeur.</i>	75 †carrus pecuarius, <i>vagón para ganado, wagon à bestiaux.</i>
49 +carbonarium, ii, n., <i>ténder, tender.</i>	79 †carrus stratus, <i>vagón plataforma, wagon plate-administrare, maniobrar, manoeuvrer.</i> [forme.]
54 *vaporitraha, ae, f. ( <i>machina tractoria</i> ), <i>máquina, locomotive.</i>	78 *orbitale, is, n., <i>aguja (del tren), aiguille.</i>
51 *machinator, oris (ductor, oris), m., <i>maquinista, mécanicien.</i>	*orbitarius, ii, †declinator, oris, m., <i>guardagujas</i>
52 subpraefectus, i, m., <i>subjefe, sous-chef de gare.</i>	86 †pharus, i, f., <i>disco, disque.</i> [jas, aiguilleur.]
56 caldaria, ae, f. (aenum, i, n.), <i>caídera, chaudière.</i>	e conspectu recedere, <i>desaparecer en lontananza, se perdre dans lointain.</i>
55 fumarium, ii, n., <i>chimenea, chimenée.</i>	præter fluvium progredi, ire, <i>costear el río, longer le fleuve.</i>
58 *embolus, i, m., <i>émbolo, piston.</i>	83 linter, tris, m., <i>chalana, chaland.</i> [ger la rivière.]
64 +orbile, is, n., ( <i>virga ferrea</i> ), <i>riel, rail.</i>	84 vectorum navis (n. <i>vectoria</i> ), <i>buque de pasajeros, bateau de voyageurs.</i>
66 forca, ae, f., <i>retrete, cabinet d'avances.</i>	87 cuniculum, i, m., <i>túnel, tunnel.</i>
agmen, inis, n., <i>hilera, file; tren, train.</i>	88 domuncula, ae, f., <i>casetta, maisonnette.</i>
63 orbita, ae, f. ( <i>via ferrata</i> ), <i>línea (del tren), voie.</i>	curator valli ( <i>seu vallo</i> ), <i>guarda-barreras, garde barrière.</i>
67 +currus dormitorius, <i>coche-cama, wagon-lit.</i>	succus jactatus, <i>mecido por el movimiento, berçé par le cahotement.</i>
68 +currus cenatorius ( <i>cauponius</i> ), <i>vagón-restaurante, wagon-restaurant.</i>	inspeccio, onis, f., <i>inspección, registro, visite.</i>
69 +currus postalis ( <i>tabellaris</i> ), <i>coche de correos, wagon-poste.</i>	extrema Hispania (=fines, ium, f.), <i>frontera (española), frontière.</i>
71 +conditorium, ii, n., ( <i>statio, onis, f.</i> ), <i>almacén de mercancías, gare de marchandises</i>	officia, orum, n. pl., <i>formalidades, formalités.</i>
curator, oris, praefectus, i, m., <i>empleado, employé.</i>	92 orbis, is, m., <i>esfera, cadran.</i>
+receptaculum, <i>almacén, hangar.</i>	94 charta traminum, <i>red de ferrocarriles, charte de réseau.</i> JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.
+expeditus 3, <i>expedido, expédié.</i>	
+administer, tri, m., <i>mozo, homme d'équipe.</i>	

## Commercium epistulare

*Josephus M.<sup>a</sup> Mir, C. M. F., Andreae Avenario, S. U. D. sal. pl.*

Hisce diebus saepe nomen tuum mente repetebam, atque animum inducebam ad te pauculas conscribere litteras, quibus et nostram significarem memoriam et gratiam r. ferrem ob tua in PALAESTRAM opera paeclarata. Quidni? cum nominale tuum adventet quo tibi faustum cumulatumque caelestibus donis adprecamur diem... Deus te nobis conservet!

Pauca, hac data occasione, tibi respondenda propono.

Tua de Georgii Pelleterii narratio quantum nobis aliisque lectoribus placuerit haud facile conjectura assequeris. Utinam qui tunc PALAESTRAM moderabatur meum exaudisset votum ac proposito annuisset et illius narrationis folia separata, e singulis fasciculis excudisset, quibus tandem colligatis, lepidissimam ad manus habemus historiam pura et hodierna latinitate a te conscriptam... Illa igitur tua legens incidi in quasdam novatas voces, ut «tramviarius currus»... (*tranvía*), «machina tractoria» (*máquina*), «tramen, tramentum» (*tren*), «via ferrea, ferrata» (*vía, línea*), «rotale, rotabulum» (*riel*): quas te accepisse video et tuo addidisse vocabulario. Et nobis illae placent; quid tamen de his, quae in PALAESTRA prodierunt, sententias a te peto; tuis ordine sic respondent: *electriveha* (=tramviarius currus), *vaporitraba* (=machina tractoria), *trabaculum* (=tramen), *orbita* (=via ferrea), *orbile* (=rotale, rotabulum), ex quo facile eruemus *orbitale* (*aguja*) et *orbitarius* seu *declinator* (*guardagujas*): praesertim cum jam a Varrone nomen usurpatum videamus ad extremum orbem rotae significandum. Quaenam ex iis optima tibi videntur? Ad viam Ostiensem postremos PALAESTRAE fasciculos misi sicut et hanc epistulam. Perveneruntne ad te? Aliud cujusque numeri exemplar spero te accepisse —et accepturum— a P. Alexandro; itane est? Tandem in pagina 248 n. 101 P. L. tibi fasciculos 80-81 deesse lego: ut nobis signifiques utrum illos habeas necne, rogo. Statim illos tibi mittendos curabo.

Fausta tibi omnia. Plurimum vale.

Barbastro, V kal. decembres.

*C. C., D. M. B., amico suavissimo, s. p.*

Carissime, Domini, Nativitate adveniente, non possum a mente tui memoriam avertere. Vivas, crescas, floreas! beatissimum tibi, et omnibus vobis natale Domini decurrat festum.

Quid istac, carissime? Josephum meum mihi salutabis, et annos prosperos, et longa valetudinis vota a me profundi transmittes; me semper sui memoriam magna cum benevolentia tenere nuntiabis.

«Vivite felices quorum jam moenia surgunt».

Nos... alia ex aliis in fata vocamur».

«Sis licet felix ubicumque mavis»,

et alto corde semper mei memoriam teneas.

*Vale.*

D. M. B., C. C., *veteri amico, s. p.*

Scripsisti tandem, nec te mea cura reliquit  
Postquam fata, puer, te rapuere mihi.  
Quae mihi significas, votis Puer annuat Ille  
Cujus ob adventum nunc ovat omnis homo.  
Ille tibi blandi fundat munuscula risus,  
Et vigiles curas sublevet Ille tibi.  
Ille tibi pacis mittat caelestia dona.  
Et tristes lacrimas auferat Ille tibi.  
Nos hic Pierio mentem recreamus in antro:  
Nunc juvat ausoniâ carmina culta lyrâ  
Dicere, nunc magni citharam pulsare Leonis. <sup>x</sup>  
Sic nos, tu vero qua ratione trahis  
Vitam? Cur nostrâ renuis luctare Palaestrâ?  
Desunt forte libri? Posce, tibique libros  
Quotquot quosque voles, Mirio indulgente, remittam.  
Vive, vale, et felix sis ubicumque tu eris.

I. M., Barbastri, IX Kal. Jan.

## Epistolia soluta

G. M. N. (*Celsonae*). — Quantam ex tua litteris percepimus voluptatem facile intelleges. Te denuo litterarum latinarum amatorem profiteris eoque animo ut in illis excolendis perfectionem diligenter exquiras. Quam ut adipiscaris et tu et socii tui grammaticas misi optimas; alia opera, occasione data, advenient vobis. Ab scribendo ne deficiatis, cum horam successivam habeatis professoris Gandino themata — vel alia — in latinum convertite; Ciceronis sive orationes sive dialogos interpretamini atque stilisticae praecepta in illis percipite; Vergilio quoque atque Horatio operam date. Vobis adjumento erunt notulae quae in PALAESTRA prodierint.

P. N. L. O. M. (*Barcinone*). — Quod illam quaestionem movisti gaudeo atque solutionem probo. Ipse Gandiglio (*Corso di lingua lat.*, L. 1, § 5): «michi — in-

quit — e nichil per mi, mi, e niil nil sono pronunzie ormai rare».

R. P. X., O. C. D. — Tuis annuens votis carmen in Carmeli Teresulam edidimus. Quosdam tamen naevulos retractare opus fuit et alia omittere. Quantitatis vocum salve, rosa, oseus memor esto.

J. A. (*Celsonae*). — Quam sequemur regulam in his vocibus *philosophia, theologia, academia, Basilius, cet. acuendis?*

— Dubitationem, quam profers, non miror cum saepissime grammatici veteres, recentiores, hodierni de ea disceptaverint. Nec facile dubium tollam neque quaestiuclae nodum — ita ut omnibus placeam — expediam. Tuttorem tamen viam et doctrinam in verbis P. Llobera invenies (*Gramm. Clas. Lat.* n. 178):

<sup>x</sup> Fr. Luis de León.

I Verba *plane graeca* graeco accentu, pronuntiantur, ut λιθόστρωτος *lithostrotus*, κύριε, *kyrie*

II Sin latine inflectuntur, ad latino-rum normam dirigenda sunt, ita *Penēthōpe*, *Rhēthōpe*, *Calliōpe* et alia hujusmodi; antepaenultimam acuunt, quia paenultima brevis est, etsi graece paenultimam acuunt, ut Ηγελόπη.

III Nomina in -ea, et -ia, graece in -εια, ut *Caesareā*, *Laodiceā*, seu *Laodicīi* acuunt paenultimam, quia longa est. Alia in quibus paenultimum vel e breve est, acuenda essent in antepaenultima; v. gr: *idēi*, *philosophīa*, *homīlia*, cet.; sicut omnes dicunt *Ecclesiā*, *comēdia*, *tragōdīi*, cet.; tamen quia in his graeci acuunt paenultimam, hanc rationem pronuntiandi latine aliqui sequuntur, cum ea longo usu recepta est (1).

(1) Cfr. etiam Ricciolum (*Prosodia Bononiensis reformata*, p. 8, cap. 5), qui sententiam Thomae Corraeae profert: «Sic quia Antiochīa, Alexandria, Laodicēa, Seleucīa, plane latinam habent formam, acuendam paenultimam illarum, quia longa est diphthongo -ei; esto graeci acuant in casu recto antepaenultimam; contra vero acuen-

dam antepaenultimam in *astrologia*, *geometria*, *philosophia*, *theologia*, quia paenultima brevis est, quantumvis graeci paenultimam in his acuant, nec cuivis consuetudini cedendum, sed eruditorum tantummodo, et qui proprius accesserit ad latini sermonis canones praeclarius loqui atque a depravata consuetudine longius recedere, neque Ecclesiam, sed imperitos in Ecclesia barbarismos inventisse, quos qui etiam sequitur, barbare loqui, nec se Ecclesiae auctoritate tueri debere». — Cfr. A. Navia, *La pronunciación clásica del Latín*, 1939, n. 227-28 29; et Guardia-Wierzeyski, *Gram. de la l. latine*, 1876, p. 1.<sup>a</sup>, l. 1, n. 110: «Jusqu'à l'époque d'Auguste, la flexion des mots grecs latinisés suivit en général les règles de l'accentuation latine; dans la suite, du temps de Quintilien par exemple, les mots latinisés selon la forme grecque étaient aussi accentués à la grecque. Mais la prononciation des lettrés, contraire aux lois de l'accent latin, n'influai en rien sur le parler populaire».

Voces ergo, quae ex diphthongis graecis -εια, -ειος, -ειον promanant, produces: sic *Nicomédia*, *Samaría*, *Laodicēa*, *Seleucīa*, *Hereclīus*, *Basillus*, *Artūs*, *Ipbigenīa*, *Academīa*, *nosocomīum*, *xenodochīum*: quae vero ex -α (=īa) oriuntur, brevia proferes: *theología*, *philosóphia*, *Eucaristīa*, *tragóedia*, *homīlia*.

## PALAEASTRA EXERCITATORIA MARIA

O stipula aurata, quae mundo munera donas,  
Cum caput exornat spica decora tuum!  
In sacro ornatoque rosis et nectare mense,  
Vas cordis trado, Virgo Parensque, Tibi.  
Serva, et odore bono Christi et virtutibus imple  
Hoc dum moerorum pergo viam per iter.

## O PANIS, SUSCIPE

O Panis Superus, mannaque dulcior,  
Qui pascens animum, corpora sustines  
Credentis Gregis in Te  
Dicentisque Tibi melos!

Xerae Equitum, a. 1947 — A. SIERRA, C. M. P. - V. c. Alum.

Tu navis mibi eris, Tu mibi navita,  
Semperque omnia! Tu, mi Deus, hoc meum  
Votum suscipe, quod me  
Gratos ducet ed exitus.

## Sermonis Latini notae<sup>(1)</sup>

### De substantivo hispanico vertendo

D) Saepe nos appellativa generica ordinis, dignitatis, artis [ut *hombre, rey, poeta, orador, historiador, cet.*] in oratione proferimus pro personis supra laudatis: «Cicerón... este grande *orador*; Virgilio... este *poeta*»; iisque appellativis utimur ut dicendi genus varietate distinguamus; romani vero pronomina demonstrativa *is, hic, ille* usurpant.

Ejusdem fere temporis fuit C. Titius. *Hujus [de este orador]* orationes tantum argutiarum habent ut... Apud helvetios longe nobilissimus fuit Orgetorix; *is [este hombre, este jefe, cabecilla]* conjurationem fecit. Erat comes ejus Rubrius quidam... *is [este señor]* ad eum istam rem defert (Cic.). De Pompejo ita dicam ut justa laus *ei [a este general, a este hombre de estado]* tributa videatur. Ut primum ex pueris excessit Archias... celeriter antecellere omnibus ingenii gloria coepit... Itaque *hunc [a este poeta, NON hunc poétam]* et Tarentini et Locrenses et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemii donarunt (Cic., *Pro Archia*, 3. 45).

N. B. Illa tamen appellativa adhibenda sunt cum de persona parum nota loquimur aut de viris illustribus quorum aliquam significare volumus qualitatem; tunc vero fere *subsequitur* appellativum nominis:

Ennius poëta, Plato philosophus, Dionysius tyrannus, Archias poëta, Corinthus lumen Graeciae, Lucullus summus vir.

Nisi tamen ordinem, qualitatem, artem imprimis notare volumus:

Ornate locutus est *physicus* ille Democritus (Cic.) [id innuit: *vel ipse Democritus* cum *physicus* esset, *ornate dixit*, cum physici de genere dicendi parum current]. *Ipse augur T. Gracchus* auspiciorum auctoritatem confessione errati sui comprobavit. An *Scythes Anacharsis* potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non potuerunt (Cic. *Tusc.* 5, 32, 90).

E) Plures locutiones hispanicae, quae causam innuunt vel quandam negationem vel privationem, *substantivo* in ablativo casu, *adjecta praepositione*. (*por, a, sobre, sin, en*) conjuguntur, latine vero in *participium* cum *substantivo* —instar ablativi limitationis— permutantur:

Spe impulsus [*por la esperanza*]. Equo insidens [*a caballo*]. Curru vectus [*en coche*]. Valetudine impeditus [*por enfermedad*]. Metu coactus [*por miedo*]. Misericordia motus [*por compasión*]. Captus amore [*por amor, por cariño*]. Non misericor-

(1) Cfr. fasc. 106, p. 351.

dia adductus [por compasión], nec inani spe impulsus [por vana esperanza] ad te veni, sed ultima necessitate coactus [por una fuerza mayor]. Jugurtha largitione usus [por su larguezza] multos romanos sibi conciliaverat. Civitas legibus carens [sin leyes], urbs nuda defensoribus [sin defensores]; vita inops ab amicis [sin amigos]. Precibus meis commotus [por mis ruegos] consilio suo desistit.

F) Romani ut accuratius sensum substantivorum perficiant atque determinent quibusdam utuntur genetivis *ut rerum, animi, hominum, corporis, corporum*:

Inclinatio animi (animorum) ad libertatem [tendencia a la libertad]. In hoc discrimine rerum [en este peligro]. Ignoratio rerum [ignorancia]. Timor animi auribus officit [el temor]. Hominum cupiditas et scelus [pasión]. Homo particeps est rationis per quam rerum causas et consecutiones videt [las causas y efectos]. Hominum spes successu rerum augeri solet [la esperanza suele crecer con el éxito]. Mercatores ingenti corporum magnitudine germanos esse praedicabant [de elevada estatura].

G) Item pro simplici personae nomine illud substantivum adhibent ad quod actio verbi praecipue refertur, cui personae genetivum adjungunt (*judicum sententias pro judices*). Vocantur ab aliquibus substantiva significantia, praincipia sunt *animus* (*mens, ingenium*), *corpus*; alia etiam simili ratione efferuntur. Ratio autem in hac adhibenda constructione in eo —quod romani res concretas subtilius exponunt et amant quam abstractas—, invenitur;

Sententias judicum corrumpere (Cic. Pro Client. 44, 125) [corromper a los jueces]. Dicendo tenere hominum coetus (Cic. De orat. 1, 8, 30) [la muchedumbre]. Voluntati alicujus morem gerere (Cic. Pro Mur. 23, 46) [complacer a uno]. Tanta supersticio mentes omnium Siculorum [de todos los sicilianos] occupavit (Cic. In Verr. 4, 51, 113). Defatigare legentium animos [a los lectores]. Nemo breviter argutēque illuso adversario laxaret judicūm animos [a los jueces] (Cic. Brut. 93, 322). Cum animo meo constitui [me determiné] munere me abdicare. Considerate cum animis vestris [considerad vosotros mismos]. Milites fatigati et saucii passim ad omnes rivos postraverant corpora [se echaron] ut praetereuntem aquam hiantibus oribus captarent. Animo cogitare [pensar]. Judicum sententiis absolvi [por los jueces]. Corpora adulescentium [a los jóvenes] assidue exercere. Corpus applicare ad arborem [recostarse]. Alicujus animnm offendere [ofender a uno]. Voluptas plurimorum animos [a muchos] a virtute detorquet. Tam submisso loqueris ut verba tua non intellegam [que no te entiendo]. Corpus, cutem curare [cuidarse]. Vestro beneficio salvus sum [por vosotros, gracias a vosotros]. Senes corpora a frigore diligentius defendere solent quam juvenes [se suelen defender]. Nisi mores tuos correxeris [si no te corriges] omnium amicorum animos [a todos tus amigos] alienabis.

TRISTANIUS, C. M. F.

# B. Baptista Mantuanus

## II Scripta

In praesens quidem mantuanorum operum notitiam, quantumvis brevem, referre oportebat, quod vero cum sine brevitatis offensione effici non valeat, cum tot hujus Carmelitae scripta habeantur, consultius id esse duxi ut praeccipitorum inscriptiones praebeam.

Baptistae elucubrationes, jam passim in lucem editae, typis tandem sub uno eodemque opere, in quattuor volumina dispertito, Euterpiæ anno MDLXXVI, recognoscente fr. Laurentio Cupero, Carmelita, mandatae sunt. Qua quidem editione, utpote principe, modo nos utimur.

Prae ceteris digna scitu opera sequentia videntur:

A) In primo volumine:

- 1) *De eorum temporum calamitatibus libri tres*, ad R. D. Oliveirum Carasam, Car. Neapolitanum dicati.
- 2) *Bucolica seu adolescentia in decem Eglogas divisa*; ex his octo priores Mantuanus antequam Religiosam vitam amplecteretur, scripsit, id quod in earum lectione pree oculis habendum.
- 3) *Exhortatio ad Insubres et Ligures*, D. Carolo Jafredo, Vicecancellario et Delphinatus optimo Praesidi oblati.

B) In secundo volumine:

- 1) *De vita Bti. Dionysii Areopagitae libri tres*, quos quidem nos pro nostro exiguo modulo olim in hispanicum vertebamus.
- 2) *In D. Albertum Carmelitam Siculum hymnus*, ex quo non paucae strophae pro Ecc. Officio ejusdem Sancti sunt depromptae.
- 3) *Ad Julium II Pontificem Maximum praecinium*.

C) In tertio volumine:

- 1) *Alphonsus; pro Rege Hispaniae de Victoria ad Granatam lib. VI.*
- 2) *Trophæum Gonzagæ, pro Gallorum ex Italia expulsione.*
- 3) *De Villa Joannis Refrigerii lib. V.*

D) In volumine quarto:

- 1) *Ad Tolomaeum Fratrem contra Calumniatores Epistula.*
- 2) *De Lauretani Sacelli mirabili Historia*, quo ex opere, si fidem fastorum conscriptoribus præbeamus, almae Virginis domus fama totum in orbem terrarum percrebuit.
- 3) *Contra eos qui detrahunt Ordinem Carmelitarum Apologiae*.

Multa etiam inedita opera existant, de quibus ne mentionem quidem facio. Hoc tamen unum a memoria minime excidat, Mantuanum LXX opera eaque, criticis testantibus, immortalitate haud indigna, Ordinis moderatione irretitum, sacerdotii occupatum muniis, disciplinaeque, quae est de Deo, omnino deditum addiatumque, conscripsisse.

### III Judicium

Omnis ferme litterarum cultores, ut nullo negotio ex historia liquet, cum jam scriptis famam adipiscerentur, quamvis multorum laudibus ad nubes usque extollerentur, non paucorum etiam dentibus invidis mordebantur. Nec vero aliter Nostrati evenit. Nunc igitur, verba principum et censorum et laudatorum Vatis Carmelitici carptim desumpta referemus.

#### A) Censorum dicta:

1) Paulus Jovius haec habet: «Baptista Carmelitani Ordinis Princeps..., naturam ad carmen attulit, verum insatiabili Hebraicorum studiorum cupiditate ita occupatam: ut cum magnus et admirabilis in omnibus videri contenderet, in excollendis Musis curam ac diligentiam remittere cogeretur, quibus unis non dubius ad aeternitatem gradus patebatur, si certa laude contentus, in reliquis inane nomen tempestive contempsisset... Octogenario major Mantuae decessit, non plane felix, cum in extremo vitae actu defensionem contra criticos scribere cogeretur, qui ejus poēmata obeliscis non inanibus misere confodissent... Sacro poētae mortuo cucullati ejus Fratres prolixe parentarunt. Fridericus autem Princeps marmoream effigiem cum laurea posuit, quae in arcu lapideo juxta Vergilii Maronis simulacrum, pia hercle, si non ridenda comparatione conspicitur» (1).

2) Lilius Gregorius Gyraldus: «Exstant, inquit, illius (Baptistae) versus paene innumerabiles, ex quibus apud vulgus et barbaros quosdam laudem tantam est adeptus, ut unus prope poēta, et alter paene Maro haberetur. At bone Deus! quam dispar ingenium! nam ubique Maro perfectus, ita hic immodica et paene temeraria ubique usus est licentia, quam et magis atque magis in dies auxit» (2).

3) Julius Scaliger scribit: «Baptista Mantuanus Carmelita, mollis, languidus, fluxus, incompositus, sine numeris, plebejus: non sine ingenio, sed sine arte» (3).

Ad haec ipsem Baptista respondeat: «...moneo dictum ab Aristotele in libro Politicorum octavo: *Impossibile esse, vel certe admodum difficile, ut qui ipsa opera non tractat, perite valeat judicare...* Videntur enim invidi non videre, et intra aliena bona pati dorasiam (*sic!*); dum in ea solum configunt oculos, possunt vel videntur posse taxari; et valde aegre ferentes, quod non offendant vitia graviora, notant veruculas, signant naevos, damnant pilos, nil non fastidiunt...» (4).

#### B) Laudatorum dicta:

1) Helias Capreolus sequentia profert: «Nisi vana sit Pythagorae Palingenesia, Maronem nobis alterum haec aetas redivivum produxit, Baptistam hunc Mantuanum, qui virtute poētica Synchronos omnes, ex antiquis etiam complures a se longe reliquit» (5).

2) Jafredus Carolus dicere audet: «Cujus Autoris (Mantuani) laus jam apud

(1) Elog. 61

(2) Dialo. I de Poētis sui saeculi.

(3) Poētice, lib. VI, cap. 4.

(4) Ad Tolomaeum Fratrem contra calumniatores Epistula.

(5) Epistula Joanni Taberio.

· omnes tanta est, ut neque mea, neque alterius laudatione incrementum aliquod sit acceptura. Illud tamen ingenue et audacter pronuntiare ausim, varium esse opus, et in ipsa varietate sibi semper constans, ingeniosum, accuratum, et in Christiana Historia tantum gentilis eloquentiae expressum, quantum isto aevō, non dico sperare, sed ne optare quidem possimus» (1).

3) Desiderius Erasmus haec scribit: «Mallim hemisticthium Mantuani, quam tres Marullicas Myriadas» (2).

4) S. Petrus Canisius ita sentit: «Is Baptista Mantuanus est in hunc modum non minus vere, quam eleganter canens...» (3).

Quid ergo his in oppositis nos sentiamus? Ego, qui semel et iterum nonnulla Mantuani opera libentius perlegi, meo quidem judicio, medium viam censores inter et laudatores tenendam puto. Evidem verum est aliquotiens sermonis latini puritas aliquatenus desiderari et aliquot errores irrepere in pagellis poëtae Carmelitae. At quid mirum? Nonne quandoque etiam bonus dormitat Homerus? Magnum, igitur, Baptistam, quo nemo elegantior vates atque jucundior in Carmelo fuit, parvis ejus mendis posthabitis, ego plane laudarim atque celebrarim. Quem jam olim poëta praedicarat humi mandatum:

Clauditur hoc saxo Vir nulli laude secundus,  
Maxima Cirmeli spesque decusque soli;  
Contulit huic laurum triplicis facundia linguae;  
Exculto tantum praestit ingenio!  
Quicquid enim laudis Latium vel Graecia docta,  
Quicquid et Hebraeus possidet, hic habuit (4).

Utinam hocce, qualiscumque est, labore, Beati Baptiste gloria in dies augeretur; hodie enim, pro dolor! nimis neglectus videtur qui quondam forsitan nimirum fuerit laudatus. Utinam clarissimum poëtae nomen ad omnes latinitatis studiosos nostra scriptiunculā, pervenerit. Tunc denique, quod in animo habebam, consecutus essem atque adeptus.

Scribebam Villafrancae in Navarra  
a. d. XIII Kalendas Julias anni MCMXLVII  
FR. FRANCISCUS XAVERIUS A V. C., O. C. D.

*Sociis ac lectoribus nostris faustissimum in omnibus  
optamus annum; et pax Christi in omnibus propagatur ac renovetur gentibus.*

(1) Litterae ad Stephanum Ponchierum, Parisiensem Episcopum.

(2) Epistula ad Jacobum Winphelingum.

(3) Marianum, lib. I. cap. II.

(4) Epitaphium a Sebastiano Murro, Colmariensi Canonico.

## Bibliographia

FR. CAPELLO. — *Historia de la literatura griega*, t. I. Universidad de Buenos Aires, Sección de Letras, 1941.

Jucundum sane populorum naturam et indolem investigare atque opera excellentium scriptorum perlegere: quod quidem in graecis scriptoribus facile tibi erit, lector humanissime, si hunc librum, litterarum graecarum historiam enarrantem, intento animo perscrutaveris. Dr. Fcus. Capello. — vir graecarum rerum eruditissimus atque in Instituto Litterarum Classicarum diu Bonis Auris professor —, investigationum suarum compendium viris litteratis tradit. Singulos veteris Hellados scriptores profert eosque apprime interpretatur; eorum synthesim praebet atque vitae praecipua facta commemorat, prolatis hinc inde scriptorum verbis, quibus totum opus illustratur.

Genus dicendi brevitate ornatum atque perspicuitate, sententiarum quoque pondere locupletatur. Prima pars, quam in manibus habemus, sexaginta scriptores recolit atque 364 paginas complectitur. Liber, ob naturam operis systematici ac generalis, erit deinceps — ut recte monet praeftationis auctor —, laboris instrumentum, quod a litterarum studiosis maxime aestimabitur.

HELIADIUS GARCIA, C. M. F.

P. GILBERT ET M. RENARD — *Un Virgile de poche*. Collection Lebègue. Office de Publicité. Bruxelles, 1947.

Vergilius nobis conjunctissimus est. Heres Homeri aliorumque antiquorum poëtarum, quos ingenio suo pulcherrimo novavit, Vergilius mores nostros litterarum a majoribus traditos regit ac moderatur.

Mediae, quae dicitur, aetatis homines, qui —juxta Dante poëtam omnes-

que ingenuarum litterarum cultores — christianissimi omnium habentur, ardentissimo amore Vergilium sunt prosecuti.

Populi Europae ad Oceanum vergentes haud parum sentendi rationis a Vergilio confitentur accepisse.

Ille nostrum omnium institutor exstat et doctor

In eo legendu illi, qui numquam ejus familiaritate utebantur, vel qui se illius oblitos esse crediderant, ita afficiuntur, ut novos quasi lares invenire videantur

Doctissimi Gilbert et Renard, maxima cum scientia et ingenio, iter ad Vergilium monstravere hoc elegantissimo libello. Quem si tecum, otiose lector, in via aut deambulatione portaveris, jucundissimum illum et indefatigabilem amicum agnosces.

A. ERNOUT. — *Lucrèce*. Collection Lebègue Office de Publicité. Bruxelles, 1947.

Lucretii poëma, quamvis non sit totius latinitatis pulcherrimum opus, illud tamen et profundissimum et ingeniosissimum habetur.

Clarissimus Professor A. Ernout, vir maxime studiis litterarum deditus, sine magno eruditioinis apparatu, nitidâ quâ solet, rerum expositione, Lucretium nobis ab omni parte exhibere conatus est.

Imprimisque hominem inducit; deinde opus exponit, et multa docte, multa diserte de Epicuri doctrina, qua Lucretius madet, prolata, hujus artem describit, et quod sibi elegantissimum videtur lucretiani poëmatis accuratissime excerpit.

En tibi, lector, libellus qui et hominem perspicere facit et artem.

I. MAULEÓN, C. M. F.

# EDITORIAL

## GRAFICAS CLARET

### TEXTOS PALAESTRA

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

**1.<sup>o</sup> y 2.<sup>o</sup> Cursos:**

Históriæ Sacrae Compendium  
(2.<sup>a</sup> edición) 4'00 ptas.

Epitome Historiae Graecæ  
(3.<sup>a</sup> edición) 5'00 "

C. Nepotis Vitæ Excellentium  
Imperatorum (*en prensa*)

Primer Curso de Lengua Latina  
3'00 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina  
5'00 ptas.

REPETITORIUM { en cartoné 12'50 ptas.  
en tela 15'00 -

**3.<sup>o</sup> y 4.<sup>o</sup> Cursos:**

Ciceronis Epistulæ Selectæ 3'00 pts.  
Caesaris de Bello Civili (*agotado*)

Ciceronis in Catilinam (I.<sup>a</sup>) 3'00 pts.  
Ciceronis pro Archia poëta 3'00 pts.

**5.<sup>o</sup> y 6.<sup>o</sup> Cursos:**

Sallusti de Catilinae Conjuratioñe  
4'00 pts.

Vergilii Aeneidos liber II 4'00 "  
Horatii Carmina Selecta (*en prensa*)

T. Livii Historiae Selectæ 6'00 "  
De Orthographia Latina 3'00 "

**7.<sup>o</sup> Curso:**

Prudentij Carmina Selecta (*agotado*)  
Homeri Odyssea (canto 1.<sup>o</sup>) 5'00 pts.

**Edición de sólo texto latino:**

Ciceronis Epistulæ 1'00 pta!  
Ciceronis in Catilinam (I.<sup>a</sup>) 1'00 "

Ciceronis pro Archia 1'00 "  
Sallusti de Catilinae Conju-  
ratione 2'00 pts.

Vergilii Aeneidos liber II 2'00 "  
T. Livii Historiae Selectæ 3'00 "

### Otras obras de la Editorial

Las Maravillas de Fátima  
Fátima y el Corazón de María

Fonseca, S. J. 8'00 ptas.  
Ribera, C. M. F. 4'00 "

### Devocionarios del P. Ribera:

Mi Jesús	6'00 ptas.
Dios conmigo	4'00 "
Querubín	2'75 "
Angel de la Infancia	2'00 "
El Niño Piadoso y la Niña Piadosa	4'00 "
Angel de la Juventud	5'00 "
Mi Primera Comunión	5'00 "

# ¿Desea un Diccionario LATINO-ESPAÑOL

EXACTO, CORRECTO, ELEGANTE, para la versión española?

Lo encontrará en el **Diccionario**.

del catedrático **D. Eustaquio Echauri**

Contiene una lista muy completa de PRETERITOS y SUPINOS, otra de nombres propios y un Diccionario Español-Latino. Señala, además, la cantidad de la VOCAL, que es lo que tiene verdadera importancia.

Forma un tomo de 850 páginas en 8.<sup>o</sup> —Ptas. 30— 5.<sup>a</sup> edición

OBRAS DEL MISMO AUTOR:

**Crestomatía Latina**, para los siete cursos.

**Gramática Latina**, en dos tomos (obra premiada)

**Literatura Latina**, (premiada) en prensa la segunda edición

Todo en:

**EDICIONES ATLAS, Ibiza, 29 - Madrid**

## FOTOGRABADOS

# M. SOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR · TELEFONO, 30255

## BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

# Compositiones vertendae

## PLAUTO (VII)

Entonces, para poder vivir de algún modo (32), tuvo que entrar en un molino (33), y dedicarse, cual si fuese un jumento, a dar vueltas a aquellas máquinas que los latinos llamaban *trusatiles* o *manuariae* (34). Sin embargo, ésta (la cual) desgracia (35) no anubló su espíritu (36), ni secó la vena del buen humor (37) en nuestro poeta (38), pues en las horas que le dejaba libres aquella despiadada máquina se dedicaba a escribir comedias (39); de las cuales se dice que tres las escribió entre aquellos hierros (40), entre éstas (41) el *Addictus*, en la cual (42) es verosímil que quiso representar su propio estado (43). No se sabe cuánto tiempo estuvo en aquel molino; pero sí (44) que recobró la libertad (45) y volvió a brillar con nuevo esplendor en el teatro (46).

NOTAS: 32. *ob quaerendum victimum*. — 33. *se locare (pistorem)*. — 34. *ad circumgendas molas quae trusatiles appellabantur*. — 35. *quae res*. — 36. *alicujus animo tenebras offundere*, TUSC 3, 34, 82. — 37. *jocandi facultatem retardare*. — 38\*. en vez de *noster* póngase sólo *is*. — 39. *qui t sibi dabatur otii in fabulis scribendis consumere solebat* — 40. *in pistriño*. — 41. *in his*. — 42. *en la cual (ablat. sin prepos.)*. — 43. *condicio*. — 44. *añádase tamen: constat tamen*. — 45. *servitute liberari*. — 46. *iterum florere in scaena*.

38\*. En latín clásico no se usa el adjetivo *noster* sino para indicar la persona de quien se habla, el autor a quien se juzga, etc.; en latín el adjetivo *noster* dicho de un poeta, filósofo, escritor cualquiera, indica que ese tal es de nuestra nación o partido, etc.: *Plautus noster*, *De off.* 1, 29, 104.; *Varro noster*, *Brut.* 15, 60; *Polybius noster*, *De rep.* 2, 14, 37, etc. Aquí por consiguiente no debe decirse *poeta noster*, sino basta el pronombre *is*.

## EL TIEMPO


No ha dado al hombre la naturaleza nada más precioso que el tiempo; el cual, aun siendo el único bien que verdaderamente nos pertenezca (1), se nos escapa (2) con más celeridad que todos. La mano que nos lo entrega, nos lo arrebata en el mismo instante, como si con esta rapidez quisiera (3) advertirnos que nos apresurásemos a disfrutarlo. ¿Quién dudará en efecto que, dócil a esta voz de la naturaleza, el hombre no (4) se apresure a coger las horas que vuelan y a apropiarse los momentos (5) que pasan sin esperanza de retorno? Pero así es por el contrario el error del espíritu humano: precisamente porque (6) el tiempo pasa (7) con tanta rapidez, el hombre se lisonjea (8) de no verse nunca falso de él. Disipador (9) del presente, lleno de confianza en el porvenir, tal vez se aflige de no perderlo (10) aún con mayor rapidez; y mientras (11) castiga a quienes le roban las riquezas, premia a los culpables más afortunados que le roban el tiempo.

NOTAS: 1. *el cual, aun siendo el único bien que verdaderamente nos pertenezca, «el cual, mientras (úñese el cum concessivo, con sujuntivo) es el único bien verdaderamente nuestro»*. — 2. *se nos escapa, elabitur* — 3. *como si... quisiera, en las proposiciones comparativas resueltas con quasi, velut si, ut si, tamquam*

*si, proinde quasi, etc., el latín es escrupuloso en la correspondencia de los tiempos* — 4. *que... no..., quin*. — 5. *momen-*  
*tos, tempus*. — 6. *precisamente porque, eo ipso quod*. — 7. *pasa, praeterit*. — 8. *se lisonjea, sperat*. — 9. *disipador, prodigi-*  
*gus*. — 10. *perder, terere*. — 11. *mientras,*  
*cum (con sujuntivo)*.

# CURIOSA ET JOCOSA

## 199. — CRUCIGRAMMA



*In Transversum.* — A. — Ardeo. Iterum.  
 — B Casu. Viscera. Conjunctio. — C  
 Conjunctio. Praepositio — D Prono-  
 men (dat.) Nummus. — E Pronomen  
 (Voc.) Tyrannus. Interjectio. — F Num.  
 Praepositio. — G Adverbium. Conjun-  
 ctio. — H Pronomen. Substantia odori-  
 fera. Pronomen (abl) — I Sidus. Impe-  
 rator.

*In perpendicularum* — 1 Colo. Rixa, —  
 2 Pronomen (ac.) Interjectio. Concedo.  
 — 3 Virtute. Quidem. — 4 Negotio. Con-  
 junctio — 5 Praepositio. Mos. Conjun-  
 ctio fin — 6 Naviga. Rodis. — 7 Praesta.  
 Proficitetur. — 8 Pronomen. Conjun-  
 ctio Pronomen. — 9 Adverbium. Nu-  
 meralis.

L. Sala y Sacristán

## EPIGRAMMATA

### 200. — INTER PUELULAS

— Luce frui licuit natali? — Plurima carpsi  
 Gaudia. — Cur ergo tundis inaegra vias?

### 201. — NIMIA FIDELITAS

Quanti, Rufe, canem? — Parvi, Tite, eumque fidelem.  
 Vendidi eum jam ter, terque redivit ovans.

### 202. — MIRA GARRULITAS

— Quinque datā de re conjux mea dicet in horas.  
 — At mea per biduum, re sine, verba trahet.

### 203. — Tondenti barbam Fusco, mirabile visul Densior in mālis altera barba nigret.

204. — Cur tibi non donem quaeris mea carmina, Rufe?  
 Res in promptu est: ne doner et ipse tuis.

205. — Quos fert Andreas jurat persaepe capillos  
 Esse suos. Quidni? Nonne coemit eos?

206. — Fulvas, Marce, comas unam bis inungis in horam.  
 Tantus amor fictis est tibi, Marce, comis?

207. — Doctos affirmas te scribere posse libellos,  
 Nec facis Haud scribas, teque putabo virum.

I. MAULEÓN, C. M. F.

## CURIOSA PERQUIENTES. (Ad labyrinthum PAL LAT. n. 105, p 840. n. 175):

Una salus victis nullam sperare salutem. — (Invenit: A. Ferrer, C. M. P.)

Apparent rari nantes in gurgite vasto. Palaestra Latina.

(Invenit: F. Corona, C. M. P.)